

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

S ante V

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

deinde in unum alveum collectis, juxta Amphipolim influit in maris Aegypti sinum, qui ab ipso Strymonicus appellatur. Virgilius 4. Georg. Rupe sub adversa, deserti ad Strymonis amnem.

Strymonis, a, um: ut Grues Strymoniae. Virg. 10. Aen. quales sub nubibus atris Strymoniae dant signa grues.

Stura, Fluvius est in Alpibus nascens, unus ex triginta, qui a Pado in mare Adriaticum defertur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò Sture.

Sturii, Populi ad Oceanum Gallicum, Rheni quaedam insulas incolentes. Autor Plinius libro 4. cap. 15. Vulgò *Los de Stavenen en Frisa*.

Sturium, sive insula est Galliae Narbonensis adjacens, non procul a Stoechadibus. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Styellia, Castellum Megaridis in Sicilia, cujus incolae dicuntur Styelleni, *Styellia* Stephano.

Symphalius, Lacus in Arcadia juxta Symphalium oppidum, ex quo Erasinus fluvius erumpit. Ovid. lib. 2. Fastorum. Testis erit Pholoë, testes Symphalides undae. A Symphalo lacu Symphalides aves appellatae sunt, tantae magnitudinis ut Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam devastantes, donec ab Hercule aenei crepitaculi sonitu pelecantur. Virgilius de Herculis arumnis: Symphalidas pulit volucres discrimine quinto. A Symphalo oppido sit Symphalius, phalia phalium, *Symphalius*, & Symphalis, lida. Hieronymus contra Iovinianum: Aristoclidis Orchomeni tyraannus adamavit virginem Symphalidem, quae quum patre occiso ad Templum Dianae concessisset, & simulacrum eius teneret, nec vi posset avelli, in eodem loco confossa est. Ob cujus necem tanto omnis Arcadia dolore commota est, ut bellum publice sumeret, & necem virginis ulcisceretur.

Styra, Euboeae insulae oppidum fuit, non procul a Carysto, a Phaedro Atheniensium duce bello Malliaco eversum. Autor Strabo lib. 10.

Styx, *Styx* Germ. Ein heiliger Fluss bey dem die Götter schwuren.] Fons est ad Nonacrum Arcadiae & laxus profluens, exitusque omnibus animalibus, tanquam frigidus, ut potus statim enecet, ferrumque acies erodat, solaque multae ungulae possit contineri: caetera vasa frigoris vehementia statim dirumpens. Hoc veneno quidam Alexandri ab Antipatro non sine Aristotelis consilio, putant peremptum. Styx Graecis maestitiam sonat, *Styx* *Styx* quod querulum, tristem, vel odiosum sonat. Hinc poeta occasione arripuerunt, qui Stygem paludem esse apud Aeseros dixerunt: apud superos tanta in veneratione habitam, ut nefas ducerent quicquam eorum quae per Stygem jurarent, non observare. Siquis deorum violasset, ceterum animi a nebulare abilitate, & numinis maiestate erat privatus. Virg. 6. Aen. Stygiamque paludem Dii cuius jurare timent, & fallere numen. De hac Servius sic scribit: Dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Iovi favisse: pro cuius remuneratione Iupiter ei tribuit, ut jurantes dii per ejus matrem non audeant fallere. Ratio autem haec est: Styx maerorem significat: unde *Styx* *Styx* est, a tristitia Styx dicta est. Dii autem legi sunt semper, unde & immortales: ergo quia maerorem non sentiunt, jurant per rem suae naturae contrariam: id est, tristitiam, quae est aeternitati contraria. Idem iusjurandum per execrationem habent. Haec Servius enarrans hunc locum Virg. 8. Aen. Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est, Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara, *Styx* & alia palus in Aegypto juxta Memphim, quae veteres Styga vocaverunt, ambiens Abaton insulam.

Stygius, a, um, adjectivum, *Stygius*, ut Iupiter Stygius, pro Plutone, apud Virg. lib. 4. Aen. Sacra Iovi Stygio, quae tunc incepta paravi. Stygius canis: id est, Cerberus. Seneca: Hic saevus umbras territat Stygius canis.

Suad, a, e, a Romanis dicta est quaedam persuasionis dea, quae Graeci vocant *Peitho*. Cic. de Clar. Orat. *Peitho* quam Graeci vocant, cujus effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius. Eius autem Cethegam medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis fessivisse, huius hie medullam nostram oratore fuisse dixerit. Et paulo post: Cethegam illi homines florem populi esse dixerunt, Suadaeque medullam dixit Ennius.

Subveteribus, Est loci nomen in urbe Roma, sicut & Subnovis. Plaut. in Cure. Subveteribus ibi sunt qui dat, quiq; accipiunt sub scaenore. Suetonius in August. Bisatiam laudatus est, pro aede divi Iulii a Tiberio: & pro Rostris Subveteribus. Vairo: Subnovis dicta pars in foro aedificiorum: quod vocabulum est pervectum.

Subur, Est Hispaniae Tarraconensis oppidum ad flumen Rubricatum, ut scribit Plinius lib. 3. capite 3. Vulgò *Siegen*: alius *Subur*.

Suburrâ, Vicus Romae, ut ex Iunii sententia refert Varr. lib. 4.

de lingua Lat. sic dictus ab eo, quod situs sit sub loco, quem Terrem muru appellant. Verum ego (inquit Varrò) penitus a pago Succufano puto dictu Succufam, inde mutata sita Suburrâ. Cujus rei indicium est, quod antiquus, per c. lineam, non per b scribatur. Festus vero Verrium sequens, a succurrendo dicta existimat, quod in ea statione soleat habere praesidium stativum, ut Exquilis succurreret. Gabinus eam praesentibus scribitur. Cujus rei indicium profert, quod a suo seculo, Succurrana tribus scribi soleat, per c litteram, non suburrana per b. Suburrânâs, na, num, ut Regio Suburrana, in qua meretricum diversoria erant, quae ob id Suburranae dicitur a Porcia. Mart. lib. 6: Famae non nimium bonae puellam Quales in media sedent suburrâ. Vendeat modo præco Gelbaeus.

Suffes, Campaniae oppidum, non procul a Lini amne, ut autor est Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Suffa*.

Suffesiones, Gelliae Belgicae populi, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 17, in provincia Remensi. Hodie *Suffes*.

Suffevî, *Suffevî* Germ. Die Schwaben.] Bellicosissimi Germaniae populi, olim Albi, hodie Danubii accolae. Luc. lib. 2. Fundit ab extremo fluvio Aquilone Suevos.

Suffevî, *Suffevî* Germ. Das Schwabentand.] dicitur eorum regio. Olim circa Albi habitaverunt. Et plus quam centum pagos habuerunt. Geas valida & bellicosissima.

Sullâ, Ab antiquis dicti sunt, qui postea Sylla propterea quod praesens illi peregrinam litteram nullam recipiebant unde & Funges vocabant, quod nos Phrygi dicimus. Hinc etiam Sullanum diem apud Ciceronem legimus, pro Syllano, ad Attic. lib. 10: Non fuisse & illa nox tam acerba Africano sapientissimo viro, non tam dirus dies ille Sullano callidissimo viro C. Mario, si nihil utraque eorum fecisset. Quo in loco Syllanum diem cum intelligit, quo L. Sylla Marianarum partium victor, urbem ingressus, omnia credibus & proscriptioibus vastavit. Unde autem primum Sylla, vel Sullâ dicti sunt, vide infra in SYLLA.

Sullâ dicitur, de Syllâ formatum, id est valens quod proscripturum, vel Syllae proscriptioem imitari. Cic. ad Attic. lib. 9: Sed mediis fidius turpe nobis puto esse, de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. nosse biennio ante cognovit, ita Sullârit animus ejus, & proscripturum jam dia.

Sulmo, *Sulmo*, Oppidum Pelignorum, in quarta regione Italiae, nonagesimo ab urbe distant lapide, Ovidio poete patria, ut ipse testatur 4. Trist. sic scribens: Sulmo mihi patria est gelidâ uberimus undis, Miliia qui novies distat ab Urbe decem. Dicitur Sulmo a Solymo Aeneae comite, conditore, cuius nomen ut testatur idem Ovid. 4. Fast. Huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida. A quo Sulmonis moenia nomen habent.

Summanis, pen. procl. Pluto, deus inferorû: ita dicitur, quia summus deorû Manium: in nuptiis Philologiae docet Martianus. *Summanis* Hinc Romani nocturna fulmina assignabant, quem admodum diurna Iovi, teste Plin. lib. 2. cap. 31.

Sunsum, *Sunsum* Vulgò *Cabo de columbas*, Extremum Antiochae promontorium, Ortû spectans, vicum habens ejusdem nominis, quem Leonardi tribui assignat Stephanus. Vide Ptolemaeum decima Europae Tab. & Strabonem sub initium lib. 9.

Surrentum, *Surrentum* Ptolemaeo, Oppidum est Picentinorum, juxta Minervae promontorium, Sirenum quondam sedem, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Hinc Surrentina vicia, & Surrentini colles, apud Colum. lib. 3. cap. 2.

Susiana, *Susiana* Ptolemaeo, Urbs nobilissima, inter Persidâ & Babyloniam sita, Persarum olim regia, a Dario Hyrtaspis (si Plinio credimus) aut (ut Straboni placet) a Tithone Memnonis patre condita, trans Choaspem fluvium a cujus usibus nomine circumjecta regio dicta est Susiana. In hac urbe sita nobilitas illa Cyri regia, candido, varioque marmore, columnis aureis, magnaque gemmarum copia exornata, caeli in lacunaribus habens simulacrum, stellis micantibus insignitum. Est autem hoc nomen pluralis tantum numeri, & neutri generis. Propert. lib. 2: Non tot Achemeniis armantur Susa lagina. Lucanus: Non tot Achemeniis deducunt Medica Susa Agmina. Dicta autem putantur Susa a liliorum copia, quae illorum lingua *Susa* dicuntur.

Susiana, *Susiana* Stephano, Germ. Ein Landestheil Asie, bey dem Affrica, Babylonien, Persien, und dem Meer.] Asiae regio, Persicae dittonis, quae a Septentrione terminatur Assyriâ & Occasu Babylonis adjacet: ab Oriente habet Persidem: a Meridie partem Persici sinus. Dicta Susiana a Susa urbe nobilissima. Persarum regia, & totius regionis caput. Latiorum eius descriptionem pete ex Ptolemaeo lib. 6. cap. 3.

Susiana, Vide SVSIA.

Sutrium, *Sutrium* Vulgò *Sutrium*, Oppidum Tusciae mediterraneum, apud Strabonem lib. 5.

Sutrus, (ut ex Catonis sententia refert Plin. lib. 4. cap. 1.) Nomen fuit elephantum, qui in Punica acie fortissimè dimicaverunt, altero dente mutilato.